



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 140. Scanderbegus a Turcis cæsus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV. cum plurimis titulis Ecclesiae Roma-  
A.C. 1465 næ devinctus esset, in gratitudinis pen-  
sum ampliorem adhuc summam numera-  
re deberet. Hæc fuit origo contentio-  
num, quæ longo admodum tempore Pa-  
pam inter & Regem seruebant.

## §. CXL..

*Scanderbegus a Turcis cæsus.*

*Papiens. ep.* Paulus II. Scanderbegum, Albaniæ Re-  
163. *& seq.* gem, ut bellum adversus Turcas re-  
stauraret, fortiter animabat. Is enim  
quamvis antea per plusquam viginti an-  
nos pro Fide Christiana pugnasset, nunc  
tamen hortatu Venetorum & Archiepi-  
scopi Dyrrachini cum Mahomete pacem  
inibat; cum autem necdum in eo Eccle-  
siam tuendi ardor deserbuisset, ipse suas  
summi Pontificis incitatus, & promissi  
auxiliī spe fretus pacis sodera rescidit.  
Enimvero prima belli molimina admo-  
dum felix exceptit successus, fusis cæsis  
que a Scanderbego nonnullis Turcarum  
copiis. Mahometes vero violatam fidem  
acceptamque cladem indignatus, ipsius  
exercitus sui imperium suscipit, in Alba-  
niam irruit, & Crojam illius Metropolim  
obsidione cingit, irrito tamen conatu,  
quare promptam urbis ditionem de-  
sperans, Constantinopolim reversus est,  
exer-

exercitum tamen suum nondum ab urbe Sæcul. XV.  
revocavit.

A.C.1465.

§. CXLI.

*Urbs a Scanderbego obsidione  
liberata.*

Scanderbegus in angustias redactus,  
Principum Christianorum supprias  
implorat, Romamque ipfus petit; inde  
reversus, multisque muneribus, ac pecu-  
niis auctus, Crojam diuturna obsidione  
pressam vicinorum suorum auxiliis adju-  
tus liberat. Ceterum Papa datis literis  
ineunte Mense Julio omnibus Christiani  
Orbis Principibus notum esse voluit,  
Scanderbegum fugere compulsum, toto-  
que Principatu suo a Turcis fuisse exu-  
tum, proin Religionem Christianam in  
extremo discrimine luctari, ac Mahome-  
tem omnia quæque ferro & fiamma de-  
vastare scribebat. Cum vero de ejus-  
modi clade altum sit apud Historicos si-  
lentium, conjectura (\*) est, Papam eo  
fine

(\*) Injuriosa est summi Pontificis integritati  
eiusmodi conjectura, æquius inde conjicimus,  
quod multa desint in vitæ Scanderbegi commen-  
tariis, quæ ipse adversa tulit: cum enim hislo-  
rici in laudem ejus nimium effusi probentur, quæ  
ipsius gloriam minuere putabant, perperam  
omiserunt.